

40

P. lat. rec.

1170

Lat. rec. 1170.

Bearis Manibus

Viri Reverendi & Doctissimi,

DN. SIMONIS
ROOTHERI ECCLE-
SIAE AURELIA NAE APUD
ARGENTINENSES PASTORIS VI-
gilantissimi:

QUEM DEUS TER OPTIMUS MAXIMUS AD
aterna gaudia avocavit XII. VIIIbris. Anno Christi
CD XXXIII. AEtatis 49. mens. 3.
die 8.

Lacrymas has & suspiria relique-
runt

Amici condolentes.



ARGENTORATI,
Typis JOHANNIS GEORGII SIMONIS.

Anno M DC XXXIII.

I.
Elegi

In beatissimum juxtaq; luctuosissimum obitum Admodum Re-
verendi Clariſimiq; Viri, Domini M. SIMONIS ROTHERI, Pa-
ſtoris ad D. Aurelia apud Argentoratenses vigilantisſimi ac desideratissimi:
mortem viri itidem per quam Reverendi & Eruditissimi Domini M. LE-
ONHARDI REUCHLINI Diaconi ad D. Thoma celeberrimi triduo
proximo insequutum mense Octobri Anno Christi 1633.

GUN On indicta mihi REUCHLINI, indicta ROTHERI

Funera, utrumq; mei pectoris ima quatit.

(Nam collapsa ruunt subductis tecta columnis;

Defuncto, miserè Saul, Samuelé, perit.)

Quis recolens utriusq; viri coelestia dona

Ac diuim zelum, temperet à lacruminis?

R Græcum centena notat, subiecta retrorsum

Virgula centena hæc millecuplo amplificat:

Pro centum, pol pro centenis millibus istud

R geminum in cœtu splenduit, ajo, sacro:

Quæ pietas? proh quanta fides? industria quanta?

Deq; gregis jugi his cura salute fuit?

Hinc in confluxu populi, virtute docentum

Insigni, enata est centuplicata seges:

Et quidni? sacer ardor enim divina docentum,

Cum sancta vitæ, corda ferire solet:

Corda ferire solet duplicato comminus ictu,

Quin penetrare etiam corda petrosa solet.

Sed mundi immundi fex impurissima tantis

Commovit Jovam nos spoliare bonis?

Livori cedunt, publico ceduntq; furori:

Sed ruptura eheu quām modò lata patet?

His demitis petris dum Templa sacrata fatiscant,

Cur sibi non metuant Curia, Tecta, Scholæ.

Hinc igitur, judex promiscue, crude, facessas,


Inq; malam vadas non rediture crucem,

Quisquis, cum reprobis passim pia funera miscet

Publica contages, fers mala probra neci,

Taliter enectis, authos lugentibus, ore

Frendente insultans, dita venena vomens:



Ipsius

Ipsis iratum sic demonstrare Jehovam,
Ipsos quod maneat sic quoq; pœna ferox.
At cui pro cerebro haud fungus caput implet, apertum.
Publica & (heu!) sanctos quod mala sœpè trahant;
Cum Saulo Jonathas publica sic clade peremtus,
Ille perit, verūm hunc Jova per arma beat.
Ezechiam quoq; sœva lues diro ulcere tortit,
Præcipue at voluit miralevare manus?
Hostica vis absit, maleuada Famésque, Davidis
Voce, D E I præstat peste subire manum.
Horrida vis pestis sœvo sociata dolore,
Vis tamen hæc brevis est, est brevis iste dolor.
Cordibus atq; piis mirè sensa int̄egra præstat
Ante obitum precibus fervidiora piis.
Ast reprobam turbam pestis pœna aspera quassat,
Haud resipiscentem in Tartara præcipitans.
Ista lues igitur dum sanctos enecat, ipsis
Haud quaquam, reprobis sed fera pœna venit;
Mortem illi debent commissio fœdere pacti;
Hos sed fata dehinc deteriora premunt.
Justus obit, mens sancta fugit subducta periclis;
In reprobum pœna hinc Ucagontia furit.
Ergo cave, judex in palmar, crude, Plutonis
Ne tu pro Jovæ præcipitēre manu.
Nos decethic Dominum Cœlorum in vota vocare.
Tantas ut rimas sarciat ipse Chori:
Conservet reliquos sacrato ex ordine Mystas,
Et Magnum, qui stat Præsul in hocce, Fabrum:
Et resipiscenti percellat corda pavore:
Amodò vim tanti præpediatque mali.
Aureolo Aurelia tu qui cœtum ore beasti,
Aureola usque polo serra, ROTHERE, gere;
Et cum REUCHLINO justo pro dogmate fulge,
Centenis socius millibus Angelicis.

mærens accinebat

Johan-Georg. Becht D. Reip. Arg.
C. & A.

A 2

Bella

I. I.

B Ella, quibus passim segetes vastantur & agri,
 Intereunt humiles, horrea plena, casa,
 Quod secum portent annona flagra, quod atram,
 Quae vix indigenis ore referenda, famem,
 Nemo bone mentis nescit, timet omnis & optat,
 Ne feriant nostros tempora cara lares,
 Sic ubi (nam bello non tantum punit atroci
 Nos Deus) heu miserâ pessis in urbe furit;
 Nunc hos ex omni, nunc illos ordine raptat,
 Imprimis divi Numinis edituos:
 Legatos, patulas qui verba salutis ad aures,
 Et pacem cœli, quo decet ore, canunt;
 Quid nisi seva fames funest à sorte sequetur?
 Non autem humani qua sit egena cibi;
 Sed qua sit legis sanctique sit indiga verbi,
 Nec decantato vivat ovetque Deo.
 Qua si tiens anima cœlestia pabula, nullam
 Inveniet, qua se pascere possit, opem;
 Qua totâ optabit, nec habebit, mente ministros,
 Unde famis sit at spiritualis acum.
 Tale malum vereor, quis enim non tale vereri
 REUCHLIN O nuper morte cadente volet;
 Jam quoque ROTHERO nobis perfata remoto?
 Qui quantifuerint, vix loquar ipse, viri.
 Urbs, qua tacta gravi squallet mœrore loquatur,
 REUCHLIN I numeret perdit a dona mei.
 ROTHERI pariter virtutem dicat ademptam:
 Quem mihi Collegam nunc cecidisse fleo.
 Quem patrem fleo, quem Currum Aurigamque piorum,
 Et ne dicta fames nos premat, oro D E U M.

M. Ioh. Christoph. Skillingius Eccl. Aurel. Diac.
 Qui

I I I.

Qui nec mente Deum, nec ore sancto,
Nec purâ colitis fidelitate,
Hinc migrate procul, procul prophani,
Nec solennibus intereste sacris!
Ad magni pia quæ sepultra mystæ
Heu multo gemitu atque tertiatis
Mactamus tremefacta turba verbis.

Vocalissimus omnium propheta,
Divinissimus omnium minister,
Et sanctissimus omnium sacerdos,
R O T H E R U S jacet hac in æde tectus;
Et desiderium sui relinquit
Justis omnibus, omnibus securis
Præconem pietate, veritate,
Et vita simul æmulatione.
Exemplar gregis ille candidatus,
Et lumen fuit, & perenne sidus.

Luge grex pie, candidate luge,
Cœlestis puto candidate regni,
Lugoram vigilemque candidumque
Divini æditimum tubamque verbi.
Et summum precibus roga Parentem,
Ne messem velit indigere servis.

Memoria sacra

*M. Samuel Glanerius Ar-
gentinensis Poeta Lan-
teatus & V. Cl. præc.*

I V.

Nunc, ubi Mors etiam Temet truculenta necavit,
Traxit & in tristes corpus avara rogos:
Flet Conjur, turbata tuo tam præcoce casu,
Inque domo lachrymas angulus omnis habet,
Flentque tui docti Collega, flentque Propinqui,
Mœstaque tristificiis fletibus ora rigant;
A R G E N T I N A suum deflet satis anxia Mystam,
Et studiosorum condolet omne genus.

Et neque sunt siccii Aurelianæ plebis ocelli:
Jugiter Auditor clamitat omnis ibi;
Haut secus, ac vituli raptam clamore juvencam;
Per juga, per montes, per nemus omne vocant;
Nec sane immerito! Quis enim vigilantior unus
Proposuit culto mystica verba sono?
Condoleo meritò! Pelagi non inscius atri;
Obruit heu! nostrum sœva procella caput;
Ilias, heu! nobis impendet tanta malorum,
Inquam quā gravior nulla, nec ulla fuit.
Mars etenim parcit quibus irrequietus homullis,
Hos nec at atra Lues, & maleuada Fames;
At quid opus verbis? si plus quis viderit Argos;
Nemo sat is cernit nostra pericla tamen;
Serius hoc quod erit deflendum: Mys ta fidelis
Unus & alter abit non remorante pede;
Qui pia præbebat miseriis solatia nobis,
Ille suum celebris Rother obitque diem.
Sed visum ut Domino: Domini sic facta voluntas;
Huic benè qui vixit: mortuus estque sibi.

Vltimi honoris E. gratiâ Confratris suo ap-
posuit desideratissimo:
M. Caff, Bruno, P. L. Caff, & Schœvin-
dratzheimensem Pastor.

V.

Loth velut è Sodomis ardentibus exiit equus;
Et monstrante Deo tūm locatuta petit.
Sic nunc ROTHERUS flammis civilibus exit,
Atque ruinas exiit ille domos.
Quas Mars ignivomus flammis exurit obortis,
Quas vel Mors intrat, damnataq; dura parat.
Prob! certant quisnam Mars, Mors majora pericla
Posset in humanas ferre referre domos!
Ote ROTHERUM felicem, terq; beatum!
Cuilocatuta Deus monstrat in axe poli,
Non lugendus eris, qui nactus gaudia cœli,
Gaudia qua nullo sunt peritura die.

Pro

Pro Marte invenies Pacem, pro Morte finistrā
Vitam, ὃ quam Vitam natus in aде Dei es.
Debitis luctus ergò properanter fecit
Ioannes Henricus Schill Durlas
Marchicium LL. Stud.

V I.

ODE Sapphō JONICA!

Πενθικῶς πράτου, ταραχὴ θεοῖο !
Οὐτὶς Σωτῆρ οὐ περίφανός εἴδον
Αὔγασθ, χειρίστε Νομένος ἀμυδρήν
Λέπτες βιώναν.

Καλὸν ἐσ! ἐγγίζομένοι λύκοιο
Οὐδὲν ἐκλεκτὸν μιαρῶν προλέιτεν
Μηλάτων ποίηνν' Α ταῦ ἐν σαιάζειν,
Εἰςὶν ἄρισον!

Καλὸν ἐσ! οὐρίζομένοι ἔχθροι
Εὐλόγως ἐπικέμεν, οὐδὲ φέργειν,
Καὶ Φιλῶν πρόφρων θεοτελέων θόνον
θυμὸν ἀείρειν.

Ταῦτα Ρ' ΟΘΗ' ΡΟΣ μάκαρότουν ἀδόνιν
Μείζονας λύκοι προέχαν ἵππω
Σερνοὺν ἕρασκεν μεγάλως τρόπαιον.
Κάτθανεν ἀγέλος.
Κλάσμεν κλίρου δὲ θεοῖο πότμον,
Οὐ παραφθείει αγαθόν, μάλιστα
Αδλίων ῥύται. Εὗ τοινυν ἥμεις
Κλάσμεν αὖλόν.
Πᾶσι γάρ τεθνημένον ἐίναι ἥμιν,
Ἐπικολφ θυμῷ δὲ φέργαμεν, οὐ τοι
Τῶν βροτῶν μινδεῖς δύναται κακίζειν
Καὶ μεταβάλλειν.

Eucharistias καὶ συμπαθεῖας ἐνεκά
Composita & apposita

Christophoro Beccero Emlēbiō
Thuringo.

V I I.

H Eu tristes casus sic te quoque spicula mortis
Mactant, fundentem jussa verenda Dei,

Te quo-

Te quoque contages rapuit s̄evisima morbi,
Te Lachesis nobis abstulit ante diem?
Te felix, te sancta quidem suscepit Olympi
Gloria, nos autem maximus angor habet.
Nos summus tanti vatis post funera mōror.
Hoc tamen in luctu si super ulla quies.
Illa quies superest, qua tu super æthere gaudes,
Quam tibi toto animo concio sancta favet,
De qua vera pio docuisti nuncia zelo.
Outinam tecum nunc frueremur ea!
Dum nondum fruimur tamen, una mente precamur,
Ut nobis mittat te fugiente parem,
Qui quoque divinæ doceat tam pulcra quietis
Gaudia, qui veram monstret ad astra viam.

Sigismundus Fridericus Scheidius
Landoensis.

V I I L

Cum Simeon vidit Christum, pius ipse Sacerdos,
Suscipit hunc ulnis; & veneratus, ait:
Nunc serrum fidum dimittis pace, JEHOVAH!
Nam videre oculi multa salute tuā.
Hunc quoq; ROTHERUS Simōnēm pace secutus,
Cūm Christum finem vidit adesse suum.
Sic Christus benedixit ei, quem suscipit ulnū,
Ac cui demonstrat, cuncta parata piis.
Hinc & nos fugiunt Pastores sicce fideles.
Qui poterant summi verba docere D E I.
Paucos ante dies Reuchlinus, Praco fidelis,
Terra mandatus, quiq; quiescit ibi.
Nunc quoq; ROTHERUS Reuchlinum pace secutus,
Quem terra matri tradere morsque jubet.
Collaborantes, rideant ut gaudia magna,
Ac vivant lati, glorificantq; D E U M.

Condol: & observ: E. f.

Marinus Dreutel Arg: jun: phil. Stud.

F I L I O N I S.